

Urbibus se possint eximere a foro et poena. Nam in vitis
Statibus Prussia nemo potest, salvis antiquis Privilegiis
jura Polonica diversa obtrudere. Ut tamen superabundan-
tius satisfiat nonnullis Nobilibus, demonstrabo nunc, quod
circa processum Urbium Prussia majorum, in delictis homici-
dii et Violentiarum &c: nulla tenus aggraventur No-
biles, sed similis (simo melior) modus judicandi servetur,
qualis in Polonia viget, juxta Statutum, quod dicitur
Thorunense, quod Anno 1520 in Comitibus regi pro usu
Poloniae factum, propter rupta tunc Comitibus non plane
sancitum, sed teste Herburto in titulo Violentia: postea
in Comitibus A^o: 1527. Cracovia et A^o: 1538 Petricovis
pro Polonia confirmatum est (sed ab Statibus Prussia
pro lege per omnia nunquam est receptum, sicuti adversa protes-
tiones testatur). Nam sicut in Polonia urbibus Capitaneis
cum Magistratu Urbis aut oppidi concordare debet super
poena violentiae, aut necis per Nobiles perpetratae; ita
Prussia Urbibus Majoribus, praesertim Gedani, Burggrafius

Re
bet
te.
end
su
bi
cu
fide
tra
bi
vie
lat
E
je
re
te
C
A
f